



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 vtrum habeat locum in dispensatione spiritualium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum personarum acceptio sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod personarum acceptio non sit peccatum. In nomine enim personarum intelligitur personarum dignitas: sed considerare dignitatem personarum pertinet ad distributiuam iustitiam: ergo personarum acceptio non est peccatum.

¶ Preterea in rebus humanis personae sunt principales, quam res, quia res sunt propter personas, & non e conuerso: sed rerum acceptio non est peccatum: ergo multo minus acceptio personarum.

¶ Preterea. Apud Deum nulla potest esse iniquitas, uel peccatum: sed Deus uidetur personam accipere, quia interdum duorum hominum unius conditionis unum assumit per gratiam, & alterum relinquit in peccato, secundum illud Matth. 24. Duo erunt in lecto, unus assumetur, & alius relinquetur: ergo acceptio personarum non est peccatum.

SECONDUM. Nihil prohibetur in lege diuina, nisi peccatum: sed personarum acceptio prohibetur Deut. 1. ubi dicitur. Non accipietis cuiusquam personam: ergo personarum acceptio est peccatum.

RESPONDEO. Dicendum, quod personarum acceptio opponitur iustitiae distributivae. Contra enim aequalitas distributivae iustitiae in hoc, quod diuersis personis diuersa tribuuntur secundum proportionem ad dignitatem personarum. Si ergo aliquis consideret illam proprietatem personae, propter quam aliquid, quod ei confertur, est ei debitum, non est acceptio personae, sed causa. Unde Glo. super illud ad Ephes. 6. Personarum acceptio non est apud Deum, dicit, quod Deus iudex iustus causas discernit, non personas. Puta, si iudex aliquis promoueat aliquem ad magistratum propter sufficientiam scientiae, hic attenditur causa debita, non persona. Si autem aliquis consideret in eo, cui aliquid confertur, non id propter quod id, quod ei datur, esset ei proportionatum, uel debitum, sed solum hoc, quod est homo, puta, Petrus, uel Martinus, hic est acceptio personae: quia non attribuitur ei aliquid propter aliquam causam, quae faciat eum dignum, sed simpliciter attribuitur personae. Ad personam autem refertur quaecumque conditio non faciens ad causam, propter quam sit dignus hoc dono. Puta, si aliquis promoueat aliquem ad prelationem, uel magistratum, quia est diues, uel quia est consanguineus iuris est acceptio personae. Contingit tamen aliquam conditionem personae facere eam dignam respectu unius rei, & non respectu alterius. Sicut consanguinitas facit aliquem dignum ad hoc, quod in futurum heredes patrimonij, non autem ad hoc, quod conferatur ei prelatio ecclesiastica. Et ideo eadem conditio personae in uno negotio considerata, facit acceptiorem personam, in alio autem non facit. Sic ergo patet, quod personarum acceptio opponitur iustitiae distributivae in hoc, quod praeter proportionem agitur: nihil autem opponitur uirtuti, nisi peccatum. Unde consequens est, quod personarum acceptio sit peccatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in distributiuam iustitiam considerantur conditiones personarum, quae faciunt ad dignitatem, uel debiti causam. Sed in acceptiorem personarum considerantur conditiones, quae non faciunt ad causam, ut dictum est.

AD SECUNDVM dicendum, quod personae proportionantur, & dignae redduntur in aliquibus, quae eis distribuuntur propter aliquas res, quae per-

Atinent ad conditionem personae: & ideo huiusmodi conditiones sunt attendendae tamquam propriae causae. Cum autem considerantur ipsae personae, attenditur non causa, ut causa: & ideo patet quamuis personae sint digniores simpliciter, non tamen sunt digniores quo ad hoc.

AD TERTIUM dicendum, quod duplex est datio. Una quidem pertinet ad iustitiam, qua scilicet alicuius dat alicui, quod ei debetur: & circa tales dationes attenditur personarum acceptio. Alia est datio ad liberalitatem pertinet, qua scilicet gratis datur alicui, quod ei non debetur: & talis est collatio munerum gratiae, per quam peccatores assumuntur a Deo. Et in hac donatione non habet locum personarum acceptio: quia quilibet absque iniustitia potest de suo dare quantum uult, & cui, uult, secundum illud Matth. 20. An non licet mihi, quod uolo, facere? Tolle quod tuum est, & uade.

ARTICVLVS II.

Super Quaestione sexagesimaterciae Articuli secundum.

Utrum in dispensatione spiritualium locum habeat personarum acceptio.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod in dispensatione spiritualium locum non habeat personarum acceptio. Conferre enim dignitatem ecclesiasticam, seu beneficium alicui propter consanguinitatem, uidetur ad acceptiorem personarum pertinere, quia consanguinitas non est causa faciens hominem dignum ecclesiastico beneficio: sed hoc non uidetur esse peccatum, cum hoc ex consuetudine Praelati ecclesiae faciatur: ergo peccatum personarum acceptiorem non uidetur locum habere in dispensatione spiritualium.

¶ 2. Preterea. Praeferre diuitem pauperi uidetur ad acceptiorem personarum pertinere, ut patet Iaco. 2. sed facilius dispensatur cum diuilibus, & potentibus, quod in gradu prohibito contrahant matrimonium, quam cum aliis: ergo peccatum personarum acceptiorem non uidetur locum habere circa dispensationem spiritualium.

¶ 3. Preterea. Secundum iura sufficit eligere bonum, non autem requiritur, quod aliquis eligat meliorem: sed eligere minus bonum ad aliquid altius, uidetur ad acceptiorem personarum pertinere: ergo personarum acceptio non est peccatum in spiritualibus.

¶ 4. Preterea. Secundum statuta ecclesiae eligendus est aliquis de gremio ecclesiae: sed hoc uidetur ad acceptiorem personarum pertinere, quia quilibet sufficiens alibi inueniretur: ergo personarum acceptio non est peccatum in spiritualibus.

SECONDUM est, quod dicitur Iaco. 2. Nolite in personarum acceptiorem habere fidem Domini nostri Iesu Christi. Vbi dicit glo-

In art. 2. eiusdem quod nota quatuor. Primo quod cois utilitas, ad quod principaliter ordinatur ministeria ecclesiastica, non est utilitas corporalis, sed spiritualis: quoniam ut ex dictis in praecedenti libro patet, regimen ecclesiasticum in hoc differt a civili, quod hoc ordinatur ad commune bonum exterioris, puta, pacem, iustitiam, &c. Illud uero ad interiorum animarum pacem. Quia ergo aliquis propter potentiam seculari erit magis utilis communi salutis animarum, puta, quia erit sufficiens ad euellendos hereticos inficientes Christum gregem, uel ad cogendum potentes clericos, ut seruentur quae sunt de uita, & honestate clericorum, uel aliquid huiusmodi, non habetur ratio personae, sed causa. Si quis etiam considerat, quod spiritualia sine temporalibus propter nostram infirmitatem male subsistunt, quando exteris paribus proponeretur ille, qui utilior esset ad temporalia bona, non esset personae, sed causa acceptio. Sed quando caetera non sunt paria, puta, quia pro temporalibus optimus, sed spiritualia negligit, praefertenda est utilitas spiritualis temporalis: quia illa est finis, quoniam temporalia data sunt Ecclesiae propter spiritualia.

¶ Nota

Epist. 99. ad Hier. dechnando ad si. tom. 3.

Arti. pract.

Nota secundo; qd oes coparationes eligibili ad ecclesiastica ministeria p'supponit bonitate absolute, hoc est, esse bonu uiru, hoc est, quatu humana fragilitas cocedit p'sona illa esse in gra Dei. Vn q manifeste tenet cocubinā, uel in alio peccato mortali credit uersari, extra latitudinē eligibili, seu pmouēdo rū est. Propterea in litera dicitur, qd minus boni, & non dicitur, qd mali p'feruntur melioribus.

Nota tertio, qd cū in rāione ad primū dī, qd plaus ecclesiasticus nō est dñs, ut possit ministeria ecclesiastica dare p libito, sed dispesator, sub noie ecclesiastici plati claudit etiā Papa, ut patet p auctoritatē Pauli Apostoli, allatā ad probandam intencum. Est namque Papa Christi minister, & dispesator ministeriorum Dei.

Nota quarto, qd cū in rāione ad tertiu dī, qd oportet in foro cocōcietia eligere meliorē, & intelligit de possibilibus haberi. Hi. n. de quibus cōstat, qd haberi nō possunt, extra latitudinē eligibilium computandi sunt.

Super

præferuntur: sicut etiam & Deus gratias gratis datur, quandoque concedit minus bonis.

Ad primū ergo dicendum, quod circa consanguineos prelati distinguendum est: quia quandoque sunt minus digni, & simpliciter, & per respectum ad bonum cōc, & sic si dignioribus præferatur, est peccatum personarum acceptationis in dispensatione spiritualium, quorum prelati ecclesiasticus non est dominus, ut possit ea dare pro libito, sed dispesator, s'm illud 1. ad Co. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispesatores ministeriorum Dei. Quandoque uero consanguinei prelati ecclesiastici sunt æque digni, ut alii: & sic licite potest absque personarum acceptatione consanguineos suos præferre, quia saltem magis in hoc præeminet, quod de ipsis magis confidere potest, ut unanimiter secum negotia ecclesie tractent. Eset tamen hoc propter scandalum dimittendum, si ex hoc aliqui exemplum sumerent, etiam præter dignitatem bona ecclesie consanguineis dandi.

Ad secundū dicendum, quod dispensatio matrimonii contrahendi principaliter fieri consuevit propter sedus pacis firmandum: quod quidem magis est necessarium communi utilitati circa personas excellentes. Et ideo cum eis facilius dispensatur absque peccato acceptationis personarum.

Ad tertium dicendum, quod quantum ad hoc,

August. * Quis ferat, si quis diuitem eligat ad sedē honoris ecclesie, contempto paupere instructiore, & sanctiore?

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut dictum est, acceptio personarum est peccatum, in quantum contrariatur iustitie.

Quantō autem in maioribus aliquis iustitiam transgreditur, tanto grauius peccat. Vnde cū ipsi ritualia sint temporalibus potiora, grauius peccatū est personas accipere in dispensatione spiritualium, quā in dispensatione temporalium. Et quia personarū acceptio est, cū aliquid personæ attribuitur præter proportionē dignitatis ipsius, considerare oportet, qd dignitas alicuius personæ potest attendi dupliciter. Vno modo simpliciter, & secundum se, & sic maioris dignitatis est ille, qui magis abundat in spiritualibus gratia donis. Alio modo per comparisonem ad bonum commune. Contingit. n. quādoque quod ille, qui est minus sanctus, & minus sciens, potest magis conferre ad bonum commune propter potentiam, uel industriam secularem, uel ppter aliquid huiusmodi. Et quia dispensationes spiritualium principaliter ordinantur ad utilitatem communem, secundum illud 1. ad Cor. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem: ideo quandoque absque acceptatione personarum in dispensatione spiritualium illi, qui sunt simpliciter minus boni, melioribus

quod electio impugnari non possit in foro li, sufficit eligere bonum, nec oportet eligere rem, quia sic omnis electio potest haberi. Sed quantum ad conscientiam electio esse elgere meliorem uel simpliciter, uel per comparisonem ad bonum commune: quia si uerbi aliquis magis idoneus erga aliquam personam, & alius præferatur, oportet quod hoc sit in quantum ad hoc erit ille, qui eligitur meliorem: si uero nō pertinet ad negotiū, sed ad fidem ut causa, erit manifeste acceptio personarum.

Ad quartū dicendum, quod in gremio ecclesie assumitur, ut in plurimum uit esse utilior quantum ad bonum commune quia magis diligit ecclesiam, in qua cū propter hoc etiam mandatur Deuter. 17. Nonis alterius gentis hominem facere regem sit frater tuus.

ARTICVLVS III.

Utrum in exhibitione honoris, & reuerentie lectum habeat peccatum acceptationis personarum.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, qd in exhibitione honoris, & reuerentiē nō habeat locum peccatum acceptationis personarū. Honor. n. nihil aliud esse uidetur, qd reuerentiā quedam alicui exhibita in testimonium uirtutis ut patet per Philo. 1. 1. Eth. sed prelati, & principes sunt honorandi, etiam si sint mali, sicut etiam parentes, de quibus mandatur Exod. 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam: ideo domini sunt à semis honorandi, etiam si sint mali, secundum illud 1. ad Timoth. 6. Quicumque sunt sub iugo serui, dominos suos honore dignos arbitrat. ergo uidetur quod acceptio personarum non sit peccatum in exhibitione honoris.

¶ 2. Preter. Leuit. 19. præcipitur. Coram cano capite surge, & honora personam senis: sed hoc uidetur ad acceptationem personarum pertinere, quia quandoque senes non sunt uirtuosi, secundum illud Dani. 13. Egressa est iniquitas à senioribus populi: ergo acceptio personarum non est peccatum in exhibitione honoris.

¶ 3. Præterea. Super illud Iaco. 2. Nolite in personarum acceptatione habere fidem & c. dicitur August. Si hoc, quod Iacobus dicit. Si introierit in conuentu uestro uir habens anulum aurei, & c. intelligatur de quotidianis confessoribus, quis hic non peccat, si tamen peccat? sed hæc est acceptio personarum, dimittes propter diuitias honorare dicit enim Greg. in quadam homil.

¶ 4. Præterea. Super illud Iaco. 2. Nolite in personarum acceptatione habere fidem & c. dicitur August. Si hoc, quod Iacobus dicit. Si introierit in conuentu uestro uir habens anulum aurei, & c. intelligatur de quotidianis confessoribus, quis hic non peccat, si tamen peccat? sed hæc est acceptio personarum, dimittes propter diuitias honorare dicit enim Greg. in quadam homil.